



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

8. Magno valde numero creati Angeli cunctis hominibus excedunt;
excessus tamen determinatus nobis ignotus omnino, & indefinibilis est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

ne de numero comparatio eorum cum corporum omnium collectione diximus cert. 5. num. 4. ita censet Molina ad citatum art. 3. d. 2. fine Soarius 1. p. lib. 6. de comparatione prædestinatorum, & reprobatorum c. 3. Quibus citat. lect. 5. n. 1. & 52. & si enim de numero absoluto videatur locus, tamen cum regularis prius sententia de numero comparatio suam conclusionem statuat (atque sine numeri 32. eorum fundamenta præ eorum leuitate asserat solutione non egere, de comparatio etiam loquitur eidem sententiæ consentit Vasquez citata d. 181. c. 3. si tamen S. Brigita reuelatio à Dionysio Carthus. memorata, ac postmodum à nobis referenda, non adest; cuius sanctitati tantum merito tribuit, ut quamvis rationi, & authoritati stando nihil definiri cum fundamento, posse arbitretur, tamen ex ea reuelatione pro maiori valde Angelorum, quam hominum numero demum steterit. Sententiæ huius fundamentum positum ab ipsis, & fufius à nobis hætenus, est duarum sententiarum à fundamentis dissectio. Solum restat fundamenta sententiæ asserentis Angelorum numerum maiorem omnium hominum numero esse dicere, id Molina, & Vasquez factum facile factumque esse putant ostendentes hominum cuius & si Angelorum ex infima hierarchia, & superioribus aliis numeri minoris, & ut plurimum, choro eius infimo (qui angustior adhuc reliquis eiusdem Hierarchiæ choris est) custodia deputetur. Nihil tamen inde potest, pro maiore Angelorum, quam hominum, numero concludi: cum idem Angelus pluribus hominibus custos deputari à Deo possit, saltem successiue, ut defuncto primo eius cliente, & pupillo homine aliis, atque aliis succedentibus, possit iterum, atque iterum, eorum custodia delegari ceterum neque hoc vnicum, ex Patribus, & ratione Theologica pro maiore Angelorum, quam hominum numero augmentum est, ut cert. 8. iam ostendam. Nec, si vnicum foret, demonstrationem certumque, & irrefragabile fundamentum non esse solum modo probaret easio: cum tamen ab eius sententiæ Patronis probabilis tantum esse, & probabilior illam reliquis ostendere contendatur; & quidem Vasquez ipse, sic respondens, amplius aliquid Paulo superius dedisset ibidem §. si numerum ex dicendis à se d. 245. dixerat enim. Non est autem verosimile eundem Angelum successiue duorum curam habere. Quo à verisimilitudine, & proinde à probabilitate easionem, quam postmodum huic argumento adhibuit anticipato excludit, & consuetudine ad ea, quæ d. 245. c. 1. n. 2. §. Verum communis sententiæ Patrum, & scholasticorum erat dicturus: nempe singulis hominibus, singulos Angelos deputatos negari sine temeritate non posse. Cui consone censet Molina q. 113. d. 70. quæ est vltima de Angelis §. quod autem vnicuique, ex communi, & expressa Iustini Martyris sententiæ.

CERTAMEN VIII.

Magno valde numero creati Angeli cunctis hominibus excedunt; excessus tamen determinatus nobis ignotus omnino, & indefinitus est.

Integer titulus communis sententiæ Doctorum scholasticorum, & sacrorum interpretum est, tametsi primam eius partem magis expresse tradiderint, secunda parte, seu conclusione, ut plurimum, ab eis omitta; quia ea de re non solum decerni nequeat, sed, ne quidem disputari, cum probabilitate pro aliqua parte possit, ut mox ostendam. Primam igitur partem seu conclusionem præfixam docet Valentia d. 4. q. 1. punct. 3. §. Secundo probatur iunctis his quæ de Angelis tutelariis, ac Daemonibus hominum tentatoribus docet, d. 8. q. 6. p. 4. Vasquez, ubi

proxime. Bubalus citata diffi. 3. per totam. Ioan. Præpositus, ad citatum a. 3. §. Hanc igitur, sub iunctis maxime, quæ docet ad q. 64. post dubia, ad a. 4. tract. vltim. de Angelis, quod interibit. Breuiter tractatus ex eodem dub. 3. §. Certe communem. Ariaga citat. d. 1. lect. 4. num. 15. §. Aduerto secundo, stant pro eadem Raymundus Sabaudus in sua Theologia naturali tit. 2. 19. licet aliquot non adeo solidis rationibus viatur, Iodocus Lorichius Theatro nouo vtriusque Theologiæ verbo Angelus num. 4. Aeneas Gazæus Platonius, & Christianus Philosophus Cenone Imperatore libro inscripto Theophrastus, t. 8. Biblioth. Veter. Patr. illis verbis, *ita & mortalium in decies milles annos hac externis sensibus exposita vita producat, nunquam tamen epinet tanta Angelorum, & Daemonum multitudinem humanarum animarum numerus par erit.* Nec, quod de æternis Beatorum Conuiuiis apud Elyseos campos addit, ex propria sententiâ, sed ex Platone, & Socrate & metaphoricæ, laudatque, quatenus Catholice veritati, quam vbique tradit explicanda inferunt, & si pia interpretatione vir philosophicus locutionibus assuerus egeat quandoque. Pro eadem quoque sententiâ stat Ægidi Rom. supra, & quotquot Thomistæ certam. 5. numerum Angelorum omnium corporum multitudinem præferbant; quotquot item omnibus & singulis hominibus singulis Angelos cultos designant: & communi Patribus ac Theologia esse, & oppositum, subinde temerarius Vasquez noster aiebat: quod ipsum de Daemonibus tentatoribus censetur Patribus, & Theologis, & Philosophis pluribus, quos d. vlt. de vtriusque officii, & ministeris agentes recitauimus: inde ergo probationes, à ratione Theologicis inchoemus.

2. Idcirco prima sit. Angeli cultores, ut plurimum, omnibus, & singulis hominibus singuli, & proprii vnicuique, nec vnus pluribus simul, nec successiue adfunt: ergo Angeli infimæ Hierarchiæ, & chori etiam infimi, numerum omnium hominum exæquant. Probatur consequentia, quia ex eo infimo choro omnes hominum cultores, ut plurimum deputantur, ex communi Theologorum sententiâ: quare tot in eo choro Angelos, ut minimum esse, quot homines omnes sint, necessarium erit, si verum sit antecedens. Dixi, autem, ut minimum, quia eius chori Angeli plures aliis ministris pro Dei, nutu obeundis creati atque nati sunt: inde vero inferitur rursum: ergo multitudo tota hominum operatur ab Angelorum numero, minore, quam octo chori Angelorum, reliqui & superioris, ipsi consiliuntur. Antecedens, ex quo vtrumque legitime inferitur, probandum per partes est. Et primum, quod singulis, & omnibus (abortiuis excipe) hominibus cultos Angelos à Deo deputatur ad dogma Catholicum Theologicum, ac fors fidei nostre formaliter, vel saltem proxime spectat: quod autem, vnus Angelus pluribus hominibus cultos non detur, certum est. Cum hi pro suo arbitrio, quique ab alio disungi possint, ac de facto sæpe ad tantam distantiam disungantur, & migret, ut nequeat Angelus vtrumque simul custodire, atque opportune vtrique pro periculis, occasionibus, casibus, & tentationibus succurrere. Quod vero, nec pluribus vnus idemque cultos successiue deputetur, expressa sententiâ est Iustini Martyris, q. 30. ad gentes, & oppositum vero simile non esse censuit Vasquez huius argumētū euacuatur, ac ceteris Theologis est commune, ut omnes probabile doceant, nequeque oppositum sequatur. Est insuper Thomistarum omnium vtriusque scholæ Dominicane, & Iustiniane cum suo præceptore Angelico q. 113. a. 2. n. videbimus d. vlt. citata. Sed eius rationes hic perstringam. Primam ex corp. articuli, ubi ait: Angelos, utpote Diuinæ prouidentie ministros executores, quæ corruptibilibus, in ordine ad rerum perpetuitatem præcipue attendit, species horum à Deo singulis deputari: quare & hominum singulis animis perpetuis deputari etiam debere Angelos singulos eius verba sunt: *Prouidentia Dei comparatur ad singulos, homines, sicut comparatur ad singulas res*

rerum corruptibilium, non autem, ad eandem speciem singularia: sed diversi ordines Angelorum deputantur, secundum Gregorium diversis rerum generibus: unde etiam rationabile est, ut diversi hominibus, diversi Angeli ad custodiam deputentur. Secundum ex solutione ad 3. quia ex diversis hominum dispositionibus ad ultimum finem media, & præsidia diversorum Angelorum adhibenda sunt unde custodiam Angelorum custodiam aliorum resistunt, & discordia Angelorum circa homines sibi commissos observata ex scriptura à Gregorio 17. moral. in Job. cap. 8. contigit: dum quod commissum Petro huic, Angelo ob eius dispositionem prodit, alteri, cuius custodiam alius Angelus agit, ob eius dispositionem diversa observata, ad finis consecutionem: quare & singulis diversa Angelorum præsidia, & custodia debent designari: sicut, ob motum diversitatem, calis diversi Angeli tribuantur

3. Terti ratio, quæ & proximam confirmat, est. Quia in natura siue in naturali providentia diversis vitiis etiam successivæ habendis idem instrumentum non pratur, ne natura seu providentia naturalis Dei instrumentum inopia absurda arguatur, atque eadem inopia Deo indigna arguitur, si unus Angelus, qui perit, v. g. curam, & custodiam egit, eo vita functi succedenti Francisco custos designetur, quasi alium non habeat Angelum Deus, vel præ providentia & voluntatis curitate nolit alteri Angelo custodiam Francisci committere: ergo nec successivæ eidem Angelo alterius ab eo, qui custos primum designatus est, cura à Deo committitur. Maior fuit Aristotele digna observatio, ex diversitate organorum vitium in animalibus ad diversa munia obeunda 4. de partib. animal. c. 7. hæc verba. *Instrumentum noli idem ad usus dissimiles haberi, si fieri potest &c.* Nihil enim tale natura facere solet, quale per inopiam est. Quarto probatur: Cum ex Dei erga omnes homines amore, & salutis eorum desiderio, tum ex Angelorum excellentia, & dignitate. Primum enim vide commendatur, si in cuiusque salute unum Angelum custodem, & officia eius, in totum, ut sic dicam, impendat: minuitur autem, si eum alteri custodem designet, cum quo custodiam officia partitur. Maxime cum ex custodiæ, erga primum prouector ad custodiam, eiusque officia erga alium obeundi, Angelus non euadat: ex qua solum prouectione, in hominibus, qui alterius Pedagagus probatus sit, solet à Patre filij sui eligi Pedagagus: tamen alias decentius eligeretur alius, qui alteri, in eo munere non feruisset: excellentia vero, & dignitas Angelorum exigere videtur, ne pupillo primo defuncto, alterius pupilli post modum, quasi mercenarius Pedagagus, cuius custodiendo expositus, curam significat, & si enim, ex obedientia, & obsequendi Deo amore, & humilitate hominum custodiam Angelus suscipiat, satis eius in Deum amor obsequensissimus, & humilitas, in unius hominis custodia suscepta exercetur: ut Hieronymus, Bernardus, alique Patres expendunt. Quibus etiam virtutibus, & si superioris chori Angeli non minus vigent, eorum tamen dignitas ita à Deo attenditur, ut ad nullus priuati hominis custodiam præcise vilius vncum sit missus. His igitur rationibus satis antecederat illius primi veritas suaderetur: ex quo legitimi, ut vidimus illationibus, octo, ut minimum partibus Angelos cunctos multitudini omnium per cuncta secula hominum excedere monstratur. Dixi autem, ut minimum, quia, si quo gradu chori, & hierarchia superiores sunt, eo inferioribus Angelorum numero excedunt, (ut probabilis plurimum sententia fert) maior longe hic erit excessus, quod si Sanctæ Brigittæ reuelatio inferius subicienda (quam tanti Vasquez noster merito facit) de Angelis pro quouis homine decem, de creatis ad custodiam hominum ministerium (ut æstimo) intelligatur, decies, & amplius multo, (certo numero pro incerto, vsu parato) excessus Angelorum, in numero hominibus vniversis esse conuincetur: & is quidem, ex Angelis custodibus hominum solummodo ar-

guendo, qui infimo hierarchia & choro sunt.

4. Amplior enim valde excessus iste deprehenditur Angelis regnorum, Nationum, Prouinciarum, vrbium, specierum omnium corruptibilium custodibus, & præfectis: quos esse ex scriptura, & Patribus didicimus, quis, & de quibus, d. ult. citata eruditione, non pauca ab antecessoribus Theologis nostro præsertim Bubalo collecta, cit. a. 3. quæst. vnica. diff. 2. §. 1. & vnico: satis nunc proinde sit Patrum loca indicasse Dionys. de cælesti Hierarchia c. 9. iuxta accuratam præsertim nostri Lanfel. diuisionem Clement. Rom. 2. Recognit. Athenagoras Legatio pro Christian. Nazianz. orat. 32. ante med. Basil. 3. contra Eunom. sub init. Hieron. Dan. 10. ad id Princeps Regni Persarum restitit mihi. Idior. Pelusiora lib. 2. ep. 55. Theodoret. q. 3. in id Genes. Statist. terminos gentium pro numero Angelorum Dei. Gregor. 17. moral. c. 8. Idior. 1. sententiar. c. 10. alias 12. qui de gentium, Regnorum, Prouinciarum, custodibus expresse loquuntur: de Angelis vero specierum corruptibilium eadem claritate Origen. hom. 14. innumeros Augustin. q. 79. ex octoginta tribus, init. Damas. c. 2. de fide c. 4. init. Andreas Casariensis, qui floruit circa annum Domini quingentesimum, id explicans Apocal. 14. qui habebat potestatem supra ipsum. Nec dissensit Hieron. in id Abacuc. 1. *Mundi sunt oculi tui &c.* stulticia damnans librum, qui Angelum Tyrum nomine præfesse reptibus, & alios alios generibus piscium, animalium, & plantarum ait. Diximus enim de omni scientia, & omni providentia Dei agentes speciem Dei, & Angelorum erga homines providentiam, erga alia etiam à Hieronymo, solummodo negari, ut Molina Vasquez, & Theologi reliqui eius testimoniis ostendunt. Horum omnium custodiam proinde, & præfecturam Angelis deferunt S. Thom. q. 113. a. 1. corp. ex Platonis, & Philosophis sapientioribus, & a. 2. Ampliatur secundo Angelorum numerus comparative, ad homines ex numero Dæmonum tentatorum, qui totidem, ac custodes sunt, & singulis hominibus singuli ex Patrum, & Ecclesiæ Catholice perpetua sententia. Ita Hermes Pauli Discipulus t. 5. Biblioth. circa annum Domini 120. lib. 2. mandata 6. Gregor. Nyssen. de hominis opificio versus lib. med. Cassian. Collat. 8. Abbat. sentent. c. 17. Theodoret. ad c. 10. Daniel. Origen. 3. petiac. c. 2. ex peruenito libro de *Pastoribus*, maxime apud Patres, auctoritatis, & ex epistola S. Barnabæ, & si apochrypha, Tertullian. lib. de anima. c. 39. S. Antiochus ante annos mille circa annum Domini 614. Florens lib. homiliar. homil. 61. t. 2. Biblioth. Veterum Patr. Lactant. Firmianus lib. 2. c. 14. Gregor. moral. in Job. 16. indicat satis imperfectus homo sit Matth. Chrysost. hom. 3. in caput 1. ad Coloss. Hieronym. in caput 6. ad Ephes. ad id. *Non est nobis colluctatio &c.* S. Bernardin. senen. t. 4. fern. 48. de amore misericordie, & est communis & statâ scholasticorum sententia cum Magistro in 2. d. 11. & S. Thoma q. 113. citat. nostri omnes Valentia d. 8. q. 6. pu. 4. & Vasquez d. 145. c. 2. censent posse probari etiam, ex illo 2. cosint. 12. *Datus mihi stimulus Carnis meæ Angelus satana &c.* Patres holice & Philosophos, non paucos recitabimus d. ult. Saman. excessus iste adeo magnus determinati, seu determinabilis à nobis numeri sit videamus.

5. Dico secundo. Numerus, quo creati Angeli, cunctis hominibus, excedunt incertus nobis prorsus est, nec nisi abique fundamento, à nobis determinabilis, siue absolute, siue comparative. Tor v. g. decem, viginti, centum, vel mille partibus, sunt Angeli plures: est communis Theologorum conclusio, & à ratione, eius prima pars demonstratur. Nequit nobis esse notus, aut cognoscibilis numerus, determinatus quo, vna multitudo rerum, alteri excedit, nisi notus noscibilis nobis sit numerus determinatus veritatisque multitudinis: atqui numerus determinatus hominum pro quatis, & omni duratione mundi aliquando absolute existentium, nec ratione, nec reuelatione notus est, neque ratione à nobis vllatenus cognoscibilis: itemque etiam de numero absoluto multitudinis

itudinis Angelorum, ut vidimus supra: ergo neque numerus absolutus illius excessus determinatus notus nobis, aliquo modo est, nec à ratione cognoscibilis, quare neque est, nisi per temeritatem determinabilis. Secunda conclusionis pars de numero comparatio excessus illius, viginti, centum, mille partibus pluribus, quam hominum multitudo contineat, si à ratione pura, & discursu, ex causis, principisque naturalibus, eadem certitudine, & firmitate, discursu eodem. Demonstratur, ac pars prima demonstrabatur: cum ad certum illum excessum comparatum absolutus, determinatus unitatum, partiumque multitudinis constantium absolutus, utriusque multitudinis, numerus cognoscere debeat, quod quidem, ex pure naturalibus assequi minime possumus, cum utriusque multitudinis productio, & existentia, quæ de facto est, ex libera Dei voluntate à nobis de se se ignota, & naturaliter innoscibilis, omnino pendeat: quare solum posset esse nobis notus, numerus ille, comparatiuus excessus multitudinis Angelorum hominum, multitudinis ex Dei revelatione; atqui nulla ex tot numeris, determinati comparatiue excessus illius Dei revelatio: ergo numerus comparatiuus determinatus illius excessus ignotus nobis prorsus est, ac subinde non, nisi per temeritatem determinabilis, ac diffinibilis. Minor proxima nullo alio medio, aut modo, efficaciori probari potest, quam ostendendo eas, quæ determinati numeri comparatiui excessus illius à nonnullis revelationibus putantur, nusquam esse determinati numeri comparatiui illius revelationes.

6. Primam assertit Dionysius Cartusianus, in caput 14. Dionysii. Atrop. ex S. Brigitta, quæ reuelatum sibi à Deo ait, plures adeo hominibus Angelos esse, ut cuius hominum decem ad eius custodiam possent designari. Extat reuelatio hæc apud S. Brigittam l. 4. c. 11. quare novem determinate ex hac revelatione S. Brigittæ (cuius revelationes tanti ab Ecclesia Catholica habentur) Angeli hominibus cunctis excedent. Reuelationem, (ut per eam) venerat, & admitto; illationem tamen ut illegitimam multo ex capite detracto. Primo: ex vilitate, scripturæ etiam reuelationibus, ut vidimus, numeri certi pro incerto usurpatione, quod ad illationem infirmam satis esset. Secunda: quia simile, & amplius Angeli pro quouis homine sint, possent cuius homini decem designari; quare, ut, illatio, aliquatenus teneat, oportet addere reuelationi, non posse unicuique homini plures decem Angelis custodes deputari. Tertia: quia eo etiam addito illatio, non tenebit. Cum enim Angeli in custodiam hominum, ordinaria, & connaturali providentia deputati ex infimis Hierarchia, & choro sint, infimi huius chori Angelos novem partibus plures hominibus esse; solummodo inferretur: non autem Angelos cunctos ex choris reliquis hierarchiæ illius, & duarum superiorum, quorum quævis, quantoque Angelorum numero, suo gradu inferiori, ac infimo excedant, an vero omnes hierarchiæ, & chori superiores, inferioribus Angelorum numero aquantur, incertum nobis, ac pure diuinationis negotium est.

7. Secunda reuelatio, non quidem formalis, sed interpretatiua, à nonnullis assertur ex Lucæ 15. parabola de pastore relincente nonaginta novem oves in deserto, id est Angelos in calo, ut unam ovem errantem, id est humanam naturam peccato Adam, ut omnes complectitur homines, corruptam, quæret, inveniret atque humeris impositam labore, & sudore multo suo ad gregem reduceret. Ex quo loco numerum Angelorum hominum numero nonaginta novem partibus excedere à Christo Domino reuelatum virtualiter putant; atque à Deo ita esse verus aliquot Doctores defenderunt, ut refertur ab Athanasio, citat. q. 2. ad Antiochum. Ex novis autem, & nostris Bubalus diffie. 4. citat. sentire hoc ipsum videtur, dum recitanda Patrum hunc locum interpretantium testimonia perpendit, §. 1. toto. Primum testimonium est Cyrilli. Hierosol. Catechesi 15. vbi; hominum multitudine à mundi exordio ad sua vlt-

que tempora inspecta, addit: Magna quidem hæc multitudo, sed hæc tamen (comparatio Angelorum) pauca est. Plures enim Angeli nonaginta novem oves sunt illæ, tu vero centesima, quoniam unum tantum est genus humanum. Eucherius Lugdunens. Episc. florens, circa annum Domini 450. Dominica 3. post Pentecost. idem significant decem drachma, quod centum oves: una quoque drachma, & una ovis pendit idem significant, Novem vero, quæ restant novem oves Angelorum sunt, Hilari. in Matthæ. Can. 18. Qui una intelligendus est homo. & sub hominibus non vultus, sentienda est: sed in vultu. Hæc erant omnes hominum genus aberravit; ergo nonaginta novem non errantes multitudo Angelorum, caesum opanda est, quibus in calo est latuit, & cura plura humana. Ambrosii lib. 7. in Luc. cap. 15. à eam parabolam: dicitur igitur pastor, quibus omnes non centesima pars sumus. Habet Angelorum, hæc Archangelorum, Dominationum, Potestatum, Thronorum, aliorumque innumerabiles greges, quos in multis deliquit S. Gregor. hom. 34. in Evangelio istum enim oves habet, cum Angelorum substantiam, & hominum creavit; sed una ovis tunc perit quando, peccando homo vita pascua dereliquit in calo. Athanasii, sem. in Christi verba: Irosi in pagum inveniuntur, & idcirco venit salvator reliquias nonaginta novem oves, quæ non erraverant (vique in calo) ut eas profectus, quæretet ovem errantem. Totæ, tantorumque Patrum consensus, in eius loci interpretatione, & intelligentia numerum excessus Angelorum comparatione ad homines facta virtute, & aplice saltem ibi contineri satis superque liquet.

8. Sed certe argumentum hoc adeo leve, ut rigidissimus, ex scholasticis argumentorum, ut ab scripturæ, vel Patrum auctoritate, ad rem Theologicam petuntur examinator Valquez, cum hoc ipsum, pro sententia affirmante plures absolute Angelos, quam homines esse produxisset cit. d. 180. c. 4. assertit etiam, atque aliis productis pro sententia alio respondisset, §. quare, & ego, immediate sequens, huic tamen per neglectum, vi solutione præ sui levitate indigno, respondit sub eiusdem paraphrasi finem. Maldonatus vero noster accuratissimus scripturæ interpres (primus ex nostris Theologia scholasticæ, & controversiarum publicus Professor, nulli seu veterum, seu Recentiorum, secundus, & in gloriam commentariorum in Evangelia, reliquisse Augustinus videtur) ad caput 18. Matth. n. 12. à quo eadem parabola etiam inchoatur relatis pro præparata intelligentia centum ovium præter recitatas sententias, iterum Ambrosio Apologia Davidis c. 5. Ihero l. 3. c. 21. & 39. & Theophylacto, nihilominus subit. Sed dubium non est, quin de se hominibus Christus loquatur, nisi (quod absurdissimum est.) Cum dixerit dicamus etiam propter Angelos, qui peccaverunt Christum venisse (quia scilicet, & illi oves perditæ, & errabundæ tunc fuerunt) sensus igitur est non quidam eorum reliquias nonaginta novem oves, quæ non erraverant, ut unam, quæ sola erraverat, quæret; sed tantum, vel unius hominis, saltem facere, ut si tantum essent centum homines, quorum unus tantum errasset, nonaginta novem reliquias esset, ut illum eum quæretet: quemadmodum boni pastores, facere solent. Confirmat, ex sequenti versu 14. vbi ex parabola ita Christus concludit. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in calo est, (sicut nec boni illius terreni pastores, ut perat unus de pascuis istis: sed cet. ab iectissimis ac perditissimis peccatoribus, & ceteris ex præposita, immediata sententia, quam discipulis ea parabola intendebat loquere. Venit enim filius hominis saluare, quod perierat. Lucæ vero 15. eadem parabola duobusque respondit mutuantibus Scribis, & filij prodigi respondit mutuantibus Scribis, & Phariseis, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis, quin ad ipsos, qui iusti sibi videbantur et cum illis, familiaritate diuertit: unde constat aperte Christum Dominum, permixta Scribis & Phariseis talia de iustitia sua assumptione, illos nonaginta oves non errantibus comparasse, ut ipsorum invidiam, & querelam

querulae murmurationi satisfaceret, quin numerum cum eorum numero aequalis (quod ad rem non faciebat) rationem haberet, sed ex his, quæ in rebus, ex quibus Parabolæ assumebantur frequenter inueniunt, in vnaquaque numero taxabatur, ut recte Maldonatus ad. 1. Lucæ n. 8. argue ex adeo minore drachmarum numero parabolæ secundæ, & ex vno filio prodigo, & altero solum frugi Patris familias parabolæ tertiæ ad idem probandum à Christo assumptarum patet. Ex quo patet rursus illas sanctorum recitatorum Patrum interpretationes pias, & allegoricas meditationes esse condonatoriis discursibus laxioribus, quam rigidis scholasticæ Theologiæ, aptas, neque ad hanc etiam permissas numerum excellens Angelorum cunctis hominibus determinatum euincere, cum tanta sit numerorum in his parabolis ad idem intentum diuersitas.

9. Quoniam vero numerica pluralitas cum entitativa etiam indiuiduorum inæqualitate indiuidua (ut non debeat) esse, ut plurimum solet, de indiuiduorum Angelorum entitativa inæqualitate perfectionis disputare proximum videtur. Et quidem de omnibus existentibus (necum de possibilibus reliquis) puræ diuinationis disputatio esset, cum vno vel altero excepto nullum ex nomine adhuc noscamus: pauculorum vero, quos in scriptura nominatos videmus, paucula operationes, ex quibus indiuidua cuiusque, virtus, & perfectio maior, minorue, quam aliorum taxari queat, nobis innotescunt, quare solum de maiore, minoreue virtute, & perfectione entitativa indiuidua Michaelis, & Luciferi inter se comparatorum, quæstio à Patribus, & scholasticis versatur: statuentibus communiter vtrumque ad supremum chorum, gradum, & pocius entitativæ perfectionis supremæ hierarchiæ Angelicæ, vel Dæmoniacæ pertinere, ut virtutisque suarum quisque partium ducatur, Principatusque, scilicet iuxta connaturaliorem Dei providentiam, contra quam nil ex scriptura, & Patribus constat iuicere. Nec contra hanc Michaelis excellentiam facit, quod Archangelus, & quandoque Angelus Michael in scriptura nominatur, cum ea nomina Angelorum infimæ hierarchiæ propria sint ut sequenti videbimus. Non enim eis locis ea proprietate significationis specialis in hierarchiarum & chororum diuisione (de qua nullatenus ibi,) sed vnius soli Angelus, & Archangelus, seu Angelorum Principis acceptione ea nomina usurpantur, & per antonomasiam de Michaelis dicuntur, generali nomine, ei, qui præcipuus Angelus, & Archangelus & antonomastice attributo: ut de nomine hypostasis & suppositi homini, cum reliquis substantiis irrationalibus communi, ei tamen, ut principaliori attributum applicitumque semper à Patribus fuisse (ut semel tantum de boue à Damasceno dictum legimus) obseruunt Boëtius, eiusque commentario 5. Thom. à nobis recitati t. de Trinitate, & Incarnat. d. proem q. 1. cert. 2. n. 1. & si autem Damascenus 2. de fide c. 4. luciferum maiorum reliquorum Principem, infimæ solum hierarchiæ supremum Angelum censet, cui ad fauentes alios Patras refert Soar. c. 16. eamque sententiam referat Augustinus. lib. 3. de Genesi ad litteras, tamen ad fauentes Patres non ita expresse fauent, ut aliam interpretationem absque villa violentia, non patiantur, imo vero germaniorem, ut eos legenti apparebit, secundo, & si alium sententiam non paterentur pauculi illi sunt, ut iam citandorum Patrum, & Theologorum multitudini, & rationis momento præponderent lanctæ, in flatu æquilibrio constituent, unde merito S. Thom. veteres scholastici, & recentiores apud Soar. & Arriaga citat. d. 24. sect. 10. n. 27. §. Secundo dicto cum Soario luciferum è suprema hierarchia, & choro, gradu, & specie fuisse censent.

10. An vero indiuiduæ perfectionis entitativæ maioris, quam Michael (atoma speciei eiusdem supremæ Angelus, ut diximus) lucifer fuerit? difficilius definitur est. Assumant Gregor. Magnus (ap. Hieronymum, Tertullianum, Nazianzum, Chrysostomum, Nyssenum, Cyrillum, Isidorum Bernardum, Hugo Victorinum Sancti Thomam, apud Soar. & Arriagam supra n. 7. §. Ut vero, & Christoph. de Ortega, de Deo vno. Tomus II.

alias, estque apud Theologos sententia communior. Videtur satis insinuat, ab Ezechiel, & Isaia, ubi de eius lapsu in culpam, ac de celo agunt, eiusque ornamenta cum naturalia, tum supernaturalia præstantissima, ac fere hyperbolice, quasi ei singularia recensent. Luciferumque, ut Angelum splendore cæteris præuatem, appellant. Accedit ratio: quia cum luciferi peccatum superbia fuerit, quia Deo, saltem incarnato, subiecti detestauerit, vel ei æqualem esse, vel vnionem hypostaticam, aliamque grauer immoeratam Angelus hominibusque cunctis præcellentiam, præstantiamque appetierit: ea quidem superbia in præstantissimo omnium Angelo locum potissimum habere connaturalius potuit, habuisseque de facto in lucifero citati Prophete significant. Addit Granados ex suo illo principio de necessitate Dei ad optimum (fuisse à nobis confutatio, controu. de volunt.) Deum non fore Deum, ni summus perfectione Angelus peccasset. quod & falso principio, & vitiosa consequentia deducit, multo enim melius, & facilius supremum Angelum non peccasse intulisset.

11. Censet Michael Luciferi indiuidua entitate perfectiorem, & præstantiorem; quamvis verique speciei atomæ summè perfectæ Angelicæ sit: in quem sensum citatos Patres, & communiores Theologorum sententiam interpretor: ut summum, id est, è supremis in ea perfectissima specie contentis vnum luciferum dicant. nec alios eadem specifica præstantia supremos excludant; idem dicto ad Isaia, & Ezechielis loca, Vere enim, ac merito Luciferi, cum naturalem, tum supernaturalem ex domo Dei, in qua conditus fuit perfectionem extollunt; tantam vero, imo indiuiduam maiorem in alio speciei eiusdem non negant, & si de ea sealeant, quia de lapsu Luciferi solummodo agebant. Positum autem non leuiter Michaelis perfectio entitativa indiuidua maior probatur, ex Iude Epist. n. 9 ubi contra hæreticos, iam tunc aduersus legitimos superiores suos inobedientes, & per contemptum etiam contumaces, (ut n. 8. dixerat. Dominationem autem superant; maiestatem autem blasphemant) Michaelis modestiam producit verbis hiis: Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercassetur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemis. &c. Cum tamen eo esset superior: quanto igitur magis hi inferiores cum sint superioribus suis modesti, & humiliter debeant obedire, nec eos contemnere, quod argumentum, si omni ex parte, etiam indiuiduæ naturæ, superior Michael Luciferi sit, maius, totumque robur habet, secus, si natura indiuidua superior negetur. Confirmatur: quia ideo Archangelatus Michaelis, seu Principatus, & primatus, militiæ totius celestis, Daniel. 10. Apocalyp. 12. & ab Ecclesia tota in hymno attributi, meminit Iudas, ut Luciferi superiorem ostenderet. Neque enim par connaturali providentia erat, ut sanctis Angelis hierarchiarum omnium Princeps perfectioris naturæ, quam Dæmonum Princeps Lucifer, non constitueretur. Virgeo: quia cum indiuiduæ naturæ æqualitas plurium identitas perfectionis in natura est, quæ cum indiuidua esse non possit; quia conuenit pluribus, specifica esset, atoma saltem, de qua non disputamus; ergo indiuiduatio plurium, entitativæ inæqualis sub specie atomæ esse debet: ergo si Michael indiuiduè perfectior Luciferi non est, erit indiuiduè imperfectior; quod omnium Angelorum Principem dedecet magis demum, ut, rigidius de superbia sua Lucifer iudicetur, oportuit exemplo humilitatis Michaelis, qui natura, & donis longe illo præstantior sit, redargui, & condemnari. quin excellentiæ suæ possit Lucifer excusationem prætereendere.